



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-129522-p0001-3

DFG



1724,13

MAGNIFICVM
ACADEMIAE RECTOREM,
COMITES ILLVSTRISSIMOS,
PROCERES VTRIVSQUE REIPVBLCAE SPLENDIDISSIMOS
ATQVE
PERILLVSTRES, GENEROSOS ET NOBILISSIMOS
STVDIOSOS

A D

AVDIENDAM
ORATIONEM
SOLENDEM
SVB AVSPICIIS
PROFESSIONIS IVRIS
ORDINARIAE

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REG. IVR.

D. XII. IVL. cIs Icc XXIV.

IN AVDITORIO ICTORVM HABENDAM
EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA ET HVMANITATE
I N V I T A T

D. FRIDER. ALEXAND. KVNHOLD,
P. P.

A 1

do

MAGNIFICAM
ACADEMIAE RECCTORIUM
COMITES ILLUSTRISSIMOS
PROCEDES ATRIUSQ[UE] REULATRICAE SP[iritu]B[us] INDIVISIMOS
P[ro]FESSORIUS Q[ui]EN[DE]S[er]V[er]T[er]I[us] M[od]ER[er]T[er]I[us]
STADIOSOS
AD
AUDIENDAM
ORATIONEM
SOLENNEM
PROCESSIONIS HARIS
ORDINARIAE
TIT DE AVERB SCENE ET REG HAR
D IX IN D[omi]NI XXX
IN AUDITORIO RECCTORIUM HABENDAM
EV GAVARKEST OFFERANTILI ET HUMANITATE
INVITAT
D. HIRDELL. ALLEXAND. KUNHOLD.



Nimaduerti indagationem
verborum , atque cogni-
tionem regularum iuris
omnibus commendari ,
qui solidioris iurisprudentiae amore ca-
piuntur. Non enim parum in se habent
fructus ista studia , si recta intelligentia ,
et definita animi moderatione gubernentur.
Sed cum considero , quomodo verborum va-
nissimo strepitu et sententiarum inanum cu-
mulis multi , prudentiam verbosam aucupan-

A 2 do

do, capiantur, non possum non grauisimos
vtriusque doctrinae abusus agnoscere, cuius di-
gnitati nihil detrahamus, si illos paucis, pro insti-
tuti ratione, commemorauero. Sequar autem
eum, quem mihi coniunctio titulorum de ver-
borum significatione et regulis iuris in Digestis
suppeditat, ordinem, et primum abusus quo-
dam circa verborum interpretationem passim
obuios notabo: deinde suo loco naeuos eorum,
qui pro genuino regularum iuris usu nescio quas
parum conuenientes sententias, et illepida Bro-
cardica sectantur, referam. Principio igitur
eorum mihi vitium haud exiguum esse vide-
tur, qui sapientia praesumta et imaginaria in-
flati circa cortices vocabulorum haerent, nu-
ce relictæ. Quos Thebanus ille Philosophus in
Tabula, qua vitae humanae prudenter insti-
ob c A tuen-

tuendae rationes exponit, in altero septo, cuius ostio Pseudo - Paedia adhaeret, collocat, et falsi nominis eruditionis amatores deceptos appellat, qui verae eruditionis consuetudine se frui opinentur. Manifestum enim est, fallere eos et falli, qui eleganter monente CLE-RICO, (a) dum verborum significaciones cognoscunt, putant se veritati ipsi, rerumque cognitioni operam dare, cum viam quidem Critice aperiat et muniat ad veram eruditionem, hoc est rerum certam notitiam; non tamen pars illius sit. Hoc autem, cum in varias ars Critica partes dissecetur, non ultra extendi velim, quam fas est, neque dum vitia Pseudo - Criticorum commemoro, ipsi arti praestantissimae quic-

A 3 quam

(a) in Art. Critic. praef. Sect. I. §. 3.

quam derogo, cui, quod ad abusum eius pertinet,
tribui omnino nequit. (b) Deinde alii nimio Iu-
ris Romani amore abrepti, neglecto iure Pa-
trio, cuius tamen magis etiam turpis est igno-
rantia, non minus graviter peccant. Rectio-
rem viam eligunt, qui, ultra Romani iuris voca-
bulorum, & antiquitatum notitiam surgentes,
ad alia quoque iura in imperio nostro vel con-
stituta vel recepta, diligentiam extendunt, atque
vocabulorum, quae in illis occurunt, & maiori-
rem saepe etiam utilitatem praestant, natales
indagant. Peccant quoque, qui terminos artis,
quibus & veterum ICtorum & modernorum
scripta referta sunt, plane negligunt, & hac in-
tollerabilem iuris bisegnificium cu-

(b) quod tamen faciunt POIRET de erud. solid. superfic. &
fals. L. III c. 63. Alber. GENTIL.. dial. 2. &. 3. de
iur. interpretibus.

curia efficiunt, ut cupidi Legum Iuuenes, cum
in forum venerint, putent se in alium terra-
rum orbem delatos, verborumque auersentur
vsum, quem inevitabilis Iudiciorum obseruan-
tia recepit. Doleo conditionem eorum, qui
ventosa & clumbi loquacitate decipiuntur. Est
etiam peruersa quorundam docentium hoc
loco notanda methodus, qui tyrones in ipso
limine Iurisprudentiae nimis prolixa tituli de
significatione verborum explicatione onerant.
Mihi sane in isto genere omni exceptione ma-
ior visa est prudentissima observatio ULRICI
HUBERI, (c) quem laudat BEYERUS (d) sta-
tim ab initio rudes adhuc & infirmos studioso-

(c) Disp. iur. fund. I. tb. 10.

(d) Delin. iur. Civ. ad tit. n. de V. S. & R. J.

rum animos multitudine ac varietate vocabu-
lorum non esse obruendos, quia, verba sunt
Beyeri, quæ mea facio, *concisi textus ignarus*
terminorum iuris cum fructu vix leguntur;
sed optime singulis artis capitibus adiiciuntur.
Atque ut omittam frequentes, qui hoc loco
enarrari possent abusus; hoc vnicum tamen
addam, esse nostris temporibus, fuisseque an-
tiquioribus, qui culpanda studiorum fiducia
interpretum munus in se suscipere & verbo-
rum etiam difficiliorum significaciones expli-
care non erubuere, cum subsidiis humaniorum
litterarum, & antiquitatum ne leviter quidem
tineti essent. Quo in numero Glossatores
priscos fuisse, illorum temporum ruditati faci-
le dandum esset, modo non in his ineptiis ni-
mis sibi placuissent. Quanta enim olim Glo-

L
E
A
V
S
N
W
M
D
G
F

farum huiusmodi auctoritas fuerit, vel unius
Fulgosii testimonium, quod exhibet Ill. BOEH-
MERUS, (e) & integrum adscribere non vacat,
nos docet. Quae peruersa interpretandi ra-
tio, cum in omnibus iuris articulis merito ho-
die ab iis, quibus vera Iurisprudentia curae est,
relinquatur, tum in primis in iis capitibus, vbi
de nativa verborum solemnium aut antiquo-
rum significatione agitur, prorsus explodenda
est. Venio nunc ad eos, qui a recto tramite,
quem ysus genuinus *Regularum Iuris* mon-
strat, aberrant, ac in varios errores dilabun-
tur. Ac mihi quidem semper displicuere, qui
ybique axiomata interpretum & Brocardica
iactant, inque his eruditionis suae & pruden-
tiae

B

tiae

(e) praefat. ad Q. S. F. Rivini specimen except. for. I (1)

tiae iuris ambitum ponunt. Quod genus ho-
minum a Celeberrimo SLEVOGTIO (f) si-
mile esse dicitur fabris lignariis, quorum sci-
entia se non ulterius porrigit, quam ut prae-
parata affabre ligna ex præscripto artis de-
center componant: quae autem ratio sit tam
firme & pulcrae structurae, cur tali ordine
construi singulae partes, atque in fastigium af-
surgere debeant, prorsus ignorant. Circum-
spectione & prudentia opus est, si quis axio-
mata formare, aut formata utiliter applicare
cupit. Non reiicio eorum consilia, sed pro-
bo potius, qui Legum Cultoribus commen-
dant notitiam regularum iuris praecipuarum,
easque probe explicatas memoriae etiam man-

(f) In Programm. de Philosoph. JČtorum.

dari volunt. Nam et si plenum statim earum
ambitum non capiant iuuenes, attamen illae
memoriae semel infixae, velut scintillae quae-
dam, seminaque adhaerent, inuentionique &
iudicio serviunt, vt procedente aetate studio-
que, pleniorum earum sensum, ac vberioreum
vsum eo facilius assequantur. (g) Sed, vt opi-
nor, hic error, & haec quorundam nimia &
intempestiu[m] est solertia, quod inculcant re-
gulas innumerarum sine discrimin[e] & sine dele-
ctu, siue vsum praestent, siue in spem futurae
obliuionis discantur. Haerent alii circa sola
Iuris Romani & Canonici axiomata, negli-
guntque, quae ex iure patrio non sine maxi-

B 2 mo

(g) *Conf. Iac. GOTHOF R. comment. ad l. 1. ff. de
R. Jur.*

mo cupidae legum Iuventutis emolumento
depromi possunt. Sunt & qui bonas satis re-
gulas male applicant, & alieno plane loco iis
abutuntur. Quod haud raro accidit iis, qui
eiusmodi sententias in numerato habentes non
semper ad vim earum ac potestatem atten-
dunt. Alii exceptionem a regula non
diligenter separant, vel falsas sibi effingunt
regulas, ex quibus non possunt non foecundi
errores enasci. Sed quis omnes abusus et
errores commemorauerit, qui circa verbo-
rum significationes cruentas, et tradendas iu-
ris regulas committi solent? Neque instituti
ratio patitur pluribus haec persequi, de qui-
bus alio tempore et loco plenius agendi occa-
sio non deerit. Nunc paucis tantum indica-
re praecipuos abusus volui, a quibus in poste-
rum

① In Progymn. de Philolog. Scien.

rum sedulo cavebo. Divina enim prouidentia factum est, ut a *Potentissimo et Serenissimo Principe Domino, DOMINO FRIDERICO AVGVSTO*, Rege Poloniae, Magno Duce Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazouiae, Samogitia, Kyouiae, Volhiniae, Podoliae, Podlachiae, Liuoniae, Smolensciae, Seueriae, Czernicouiae, Duce Saxoniae,

B 3

Iu-

Iuliae, Cliviae, Montium, An-
griae et Westphaliae, Sacri
Romani Imperii Archi Mare-
schallo et Electore, Landgra-
vio Thuringiae, Marchione
Misniae, et utriusque Lusatiae,
Burggravio Magdeburgi, Co-
mite Principali Henneber-
giae, Comite Marcae, Rauens-
bergii, et Barby, Domino in Ra-
uenstein, &c. &c. Domino meo
Cle-

Clementissimo post obitum B. SCHV-
BERTHI, et ascensum *Consultiss.* DN. RI-
VINI, *Fautoris mei honoratissimi*, Professio
Iuris Ordinaria de Verborum significatione et
Regulis iuris clementissime mihi demanda-
tur. Cuius officii, Gratia Regia, quam sub-
missae veneror, in humeros meos deuoluti, ra-
tio depositit, ut in posterum genuinam virtu-
tem, et rectum illorum titulorum usum non
praeceptis tantum, sed exemplis quoque Iu-
uentuti Studiosae ostendam. Constitui au-
tem more maiorum *proximo die Mercurii*
muneris noui auspicia facere, et ex loco con-
suetu*de usu studii Critici in Iurisprudentia*
paucis differere. Ea igitur, qua par est, ob-
seruantia et humanitate *Rectorem Academiae*

Ma-

*Magnificum, Comites Illustrissimos, Reipubli-
cae utriusque Proceres Splendidissimos, atque
Perillustres, Generosos, Nobilissimosque Stu-
diosos rogo, vt splendidiorē reddere hanc
panegyrin, mihiique aures beneuelas atque
fauentes praebere ne dedignentur. P.P.*

Lipsiae, Domin. V. p. Trin.


clcc clc XXIV.

Litteris, IMMANVELIS TITII.



Leipzig, Diss., 1724
X 230 9475





1724,13

MAGNIFICVM
ACADEMIAE RECTOREM,
COMITES ILLVSTRISSIMOS,
PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE SPLENDIDISSIMOS
ATQVE
PERILLVSTRES, GENEROSOS ET NOBILISSIMOS
S T V D I O S O S

A D

AVDIENDAM
ORATIONEM
SOLENNEM
SVB AVSPICIIS
PROFESSIONIS IVRIS
ORDINARIAE
TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REG. IVR.
D. XII. IVL. d. Icc. XXIV.
IN AVDITORIO ICTORVM HABENDAM
EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA ET HVMANITATE
INVITAT
D. FRIDER. ALEXAND. KVNHOLD,
P. P.

